UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Secunda pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Visual Library

Iſte vero defectus noſtre eſt fragilitatis. qua ipm̄ non poſſum9
imitari ſuppletur tn̄ defectus ille cū ſingulis annis iſtud ieiunij
tp̄us obſeruamus. cū tn̄ xp̄us vna tantū vice hoc nūo dierū
ieiunauerit. Item xp̄us ſtatim poſt ephiam cū baptiſatus fuit
cepit ieiuniū. non aūt opoꝛtet ꝙ tūc nos quadrageſimā incipi
amus. ſed ꝓpinquante reſurrectionis tp̄e quo diabolus magis
circuit tēptamentis ⁊ fallacijs. ¶ Deinde tangit hūa-
nam fragilitatē: Poſtea eſurijt: Eſurijt aūt ꝓpter duo. Primo
vt oſtenderet verū hoiem. Nam ſm̄ Criſ. Sicut p. 40. dies nō
eſurire non erat hois ſed dei. ita aliqn̄ eſurire non dei ſed homis
erat. Sed attende vt dicit Baſi. ꝙ xp̄us paſſionem famis aſſū-
pſit non coactus ad neceſſitatem qui p̄eſt nature. ſed ſponte fa
mē aſſumpſit ſic ceteras paſſibilitates. ⁊ ideo eſuriuit ſm̄ Baſi.
vt ꝓuocaret diabolū ad duellum. deſperauerat enim diabolus
temptare eū. videns ꝙ ſine vlla fame tm̄ ieiunaret. ſentiēs vo
eius eſuriem. ⁊ qꝛ vbi fames ibi imbecillitas. audatiā aſſūpſit.
et aggreſſus eſt ſaluatorem. Secunda pars.

Ecundo cum dicit. Et accedens temptator. ¶
tangit ipſa temptatio qua callidus hoſtis eſt eū ag-
greſſus. Vbi p̄o ꝯſiderandū occurrit que fuerit cau
ſa mouens diabolū vt xp̄m temptaret. Hui9 cauſam
omnes q̄ſi doctores eandē aſſignant. qꝛ ideo ipm̄ temptauit vt
experiret an eſſet homo tm̄ vel aliud ſupra hoiem. Erat eīn dia-
bolus in magno dubio. ſciebat eīn qꝛ natus erat de muliē tan
q̄ꝫ homo. vagiebat in cunabulis. lacrimis ſuffundebat vultum
circūciſus octaua die templo p̄ſītatus fuerat. herodis pſecutiōꝫ
timuerat. inter hoies ꝯuerſabat̄. a iohanne ſuſcepat baptiſmū
et poſt baptiſmū velut homo orauerat. famē ſitim frigus calo-
rem ſompnū vigilias ⁊ ceteras hois paciebat̄ moleſtias. Vnde
non niſi hō videbat̄. ſed ad aliam ꝑtem ꝙ eſſet aliud ſupra ho
minē multa videbat argumenta. qꝛ licet ſciret eum natū. con-
ceptum tn̄ eius intelligere non poterat ſi matrem cognoſcabat
non videbat quis eſſet pr̄. ſi natus de muliere. mater tn̄ gaude
bat ſe virgineꝫ ſi vagiebat in cunabulis. angeli tn̄ illi decanta-
uerant ſi lacrimis vultū ſuffuderat. tn̄ ſtella in celo iocūda ap
paruerat. ſi circūciſus fuit die octaua. nihil tamen original̄ ma
cule in eo cognoſcebat. ſi templo preſentat9. ſymeon tamen et
anna velut deum eum adorauerant. ſi herodem fugerat. tamen
magi aboꝛiente eū adoꝛare venerant. ſi inter hoīes ꝯuerſabat̄
nihil tn̄ huamani vicij in eo deprehendebat̄. ſi a iohanne bap-
tiſatus fuerat. ipſum tamen iohanneꝫ audiraet de illo dicentē.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecce agnus dei ſi velut homo orauerat vocem tñ dei pr̄is au-
dierat. hic eſt filius meus. ⁊ ſpm̄ſanctum in columbe ſpecie ma
nente ſup eum viderat. ſi hoīm moleſtias patiebat omnia tamē
ſuper hoiem videbat eū tollerare ꝓpter igitur tanta oppoſita q̄
cognoſcebat in xp̄o non poterat videre q̄d ipſe eſſet. ⁊ iō temp
tauit eum vt experimentū caperet ipſius. Item nota ꝙ tempta-
tio oīs eſt de aliquo bono. q̄d quidem bonum aut eſt corpis de
quo eſt ↄcupiſcentia carnis. aut eſt bonū aīe de quo eſt inanis
gloria ſiue ſupbia vite. aut eſt bonuʒ fortune de quo eſt ↄcupia
oculoꝝ ſiue auaricia. de quib⁹ tribus diabolus xp̄m temptauit
ſicut ⁊ primū hoīeʒ vt dicit Ambro. ⁊ Gre. Et primo tēptauit
xp̄m de gula G vnde dicit: Et accedens temptator: qn̄
diabolus audiuit vocem pr̄is dicentis. hic eſt filius me⁹ dile-
ctus. ſecutus fuit xp̄m in deſerto ⁊ obſeruauit. 40. diebus quid
ageret. nec audebat ad eū accedere. ſed videns eū fameſcere ac
ceſſit ⁊ forte nunꝙ̄ ante acceſſerat ad eū temptandū prohibit⁹
a deo. Nota ſm glo. Q̄ꝛ iſte temptator fuit lucifer angelus ille
ſupior qui primū hoīem ſupauerat ut innuit etiā Aug⁹. Et ve
riſimile eſt ꝓut dicit glo. ꝙ apparuerit iſte temptator in forma
hoīs vt familiarius ſe hr̄et cum xp̄o. Dixit ei quaſi cōpatiendo
fami xp̄i. Ecce plurimū ieiunaſti ⁊ indiges cibo atq; in hoc deſer
to panes haberi non pn̄t. itaq;: ſi filius dei es dic vt lapides
iſti panes fiant: Audierat diabolus vocem pr̄is dicentis. hic
eſt filius meus dilectus ſed incredulus erat illi voci et volebat
expiri an vera eſſet p ↄuerſioneʒ lapidū in panes. in quo mior
prudencia demonis ſatis apparet. maius eñ diuinitatis ſignum
fuerat illa vox pr̄is q̄ȝ ↄuerſio lapidis in panes. Nota ꝙ vſq;
ad tp̄us illud xp̄s nullū fecerat miraculū. ⁊ diabolus fuit pm⁹
qui hoc ab eo fieri poſtulauit q̄d ideo non meruit qꝛ dei opera
non voluntate diaboli. ſed ſm diuinū ꝓpoſitū ad vtilitateʒ cre-
dentiū erāt fienda. nam eſto ꝙ xp̄s lapides ↄuertiſſet in panes
diabulus ꝓpter hoc non credidiſſet. ⁊ cū hoc gloriatus fuiſſʒ ꝙ
ad mirabilia facienda xp̄m induxiſſet. Deinde ponit xp̄i reſpon
ſio: qui reſpondens dixit. ſcriptū eſt: Deut. 8: non in ſolo pa-
ne viuit hō ʒ in omni verbo q̄d ꝓcedit ab ore dei. Raba. ſicut
inquit corpus hūanuʒ non viuit ſine terreno cibo. ita aīa viue
re non pōt ſine dei verbo. cū eñ ſpūalis ſit ſpūali ſolū indiget
alimento. ſed quidā ſunt inſipientes qui totam vitam hoīs p u
tant eſſe in pane vino ⁊ carnib⁹. De quib⁹ dicit aplus ꝙ ipoꝝ
deus venter ē. qui cū ventreʒ repleuerint aīa remanet eſurienſ
Cōſideret vnuſq̄ſq; nr̄m q̄d debeat rn̄dere diabolo tēptāti nos

vt quadrageſimale ieiuniū obmittamus· quia cū dicit ieiuniū
longum eſt ⁊ melancolicū et cibaria groſſa. dicamꝰ nos illi· qꝛ
non in ſolo pane viuit homo ſed in oī verbo qđ ꝓcedit ab ore
dei. D Scđa temptatio fuit de vana gloria nam vt dicit
Criſ. Cum diabolus ex reſponſione xp̄i nihil certum hr̄et. an
ipſe eſſet filius dei dixit intra ſe. iſte qui fame non vincitur et ſi
non eſt filius dei tn̄ ſanctus eſt. poſſunt tamen ſancti hoīes poſt
ꝙ oēm vicerint corpis neceſſitatem per vanam gloriam cadere
et ideo ad hanc temptationē eū aſſumpſit. vnde ſequit̄. Tunc
aſſumpſit eū diabolus in ſanctā ciuitatē: Iſta domini aſſūptio
ſcđm Jero. nō venit ex imbecillitate dn̄i· ſꝫ d̄ ſuperbia inimici. ſan
cta vero ciuitas ſcđm Raba. Iheruſalem dicebat̄ in qua erat tem
plum ⁊ ſanctſctoꝝ ⁊ cultus diuinus. Et ſtatuit eū ſupra pina-
culum templi: pinaculū d̄ a pina que eſt ſūmitas cuiuſlibet rei-
⁊ ꝓprie temploꝝ ⁊ muroꝝ Sciendū aūt̄ ꝙ in templo erāt tres
manſiones. pͣa a pauimento vſqꝫ ad primū tabulatū ſiue ſala-
rium altitudis triginta cubitoꝝ. ſcđa vero erat a primo ſalario
vſqꝫ ad ſcđm· ⁊ triginta cubitis alta. tercia vero vſqꝫ ad terciū
ſalarium qđ erat tectū templi non cauatū ſed planū altitudinis
ſexaginta cubitoꝝ. qđlibet aūt ſalarium habebat in circuitu tē
pli exterius vnū deambulatoriū. Vnde tria erant deambulato-
ria exteriora ī circuitu templi. ⁊ iſta deambulatoria pinacula di
cunt̄. vt habet̄ in hiſtoriis ſcolaſticis· ſup quoꝝ vno diabolus
ſtatuit xp̄m· ⁊ forte in eminentiori· qđ diſtabat a terra centum
⁊ viginti cubitis· Vel forte ſtatuit euꝫ in inferiori pinaculo. qđ
diſtabat a terra tm̄· 30. cubitis. vbi ſacerdotes alloquebantur
ꝓplm legem exponentes. In oībus aūt iſtis eſt attendendū ſcđm
Criſ· ꝙ cū diabolus duceret xp̄m in ciuitatē vt ſtatueret eū ſup̄
pinaculū templi· xp̄us a nullo videbat̄ ſed ſolus diabolus· dia-
bolo tn̄ credente xp̄m videri ab oībus: ⁊ dixit ei: pͦ locutus fu/
erat xp̄o q̄ſi compaciēs eſurienti· nūc vͦ loquit̄ q̄ſi eius hono-
rem deſiderans: ſi filius dei es. In oībus temptationibꝰ ſcđm Hie/
hoc agit diabolus vt cognoſcat ſi filius dei ē: mitte te deorſum
q̄ſi diceret· ſi hoc feceris· glorioſus apparebis in aſpectu aſtantiuꝫ
nec oꝫ te timere ꝙ offendaris: ſcriptū eſt eñ: qꝛ xp̄us adduxe-
rat ſcripture teſtimoniū. Ideo etiā diabolus volens ſe ſapienteꝫ
oſtendere ſcripturā allegat: angelis ſuis deus mandauit de te·
et in manibꝰ tollent te ne forte offendas ad lapidem pedē tuuꝫ
hoc in nonageſimo pſalmo ſcriptuꝫ eſt. Dicit Orige· vn̄ tu dia/
bole ſcis ꝙ iſta ſcripta ſūt? nunqđ legiſti ꝓphetas et diuina elo/
quia legiſti quidē· ſed non vt melior fieres ſꝫ vt alios deciperes

Nota ꝙ illa temptatio diaboli fuit fatua irrationabilis et non
ad ꝓpoſitum. fatua quidē fuit quia ſi xp̄s precipitaſſet ſe de pi-
naculo. nemo credidiſſꝫ hoc eſſe diuinitatis ſꝫ magis vanitatis
vel fatuitatis ſignū. Item irracionabile valde eſt. vt ille qui ra-
tione oīa gubernat ſine aliquo ꝓfectu precipitet ſe de alto. Itē
eſt inſufficiēs ꝓpter tria. Primo quidē quia ex hoc ꝙ dicit̄ ange-
lis ſuis deus mandauit de te. non ꝓbatur vt dicit Criſ. ꝙ xp̄s
ſe debeat precipitare. Scd̄o autoritas eſt incompleta. quia non
dixit diabolus id qđ ſequit̄. ſuper aſpidem ⁊ baſiliſcū ambulab
⁊ conculcabis leonem ⁊ draconeꝫ ipſe enī diabolus ſm̄ Origeneꝫ
eſt aſpis. eſt leo. eſt draco ⁊ baſiliſcus quē xp̄us in temptatio-
nibꝫ conculcauit. ideo principiū autoritatis ꝓtulit tanꝙ̄ ſuperbꝫ
finem vero tacuit tanꝙ̄ aſtutus. Tercio hec autoritas nō eſt ad
ꝓpoſituꝫ. quia non intelligitur de xp̄o. nam ipſe non portatur
manibꝫ angeloꝝ. ſed angelos ipſe portat ⁊ omneꝫ creaturam
Heb. i. Portans omnia verbo virtutis ſue. Intelligitur aūt ipſa
autoritas de quolibet ſancto viro. que ſic eſt exponenda ſcđm
glo. Angelis ſuis. i. adminiſtratoriis ſpiritibꝫ deus mandauit
de te. i. mandauit vt de te iuſto viro ſpecialē habeant ſollicitudi-
nem. in manibꝫ tollent te. i. auxiliis ſuis te fulcient ⁊ cuſtodiūt.
ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. nomīe pedis mentis
affectus intelligit̄. Lapis vero dicit̄ quaſi ledens pedem. Vnde
omnis occaſio peccati. ad quā poteſt offendere affectus mentis
nomine lapidis intelligit̄. ſed tamen angeli ſanctum viꝝ cuſto-
diunt. ne offendat cū prebetur ei occaſio peccati K De-
inde ponit̄ xp̄i reſponſio: ait ei iheſus rurſus ſcriptū eſt: Deu.
6. Falſas d' ſcripturis diaboli ſagittas veris ſcripturaꝝ frangit
clipeis. vt dicit Hiero: Non temptabis dn̄m deum tuum. Ille
deum temptat qui exponit ſe periculis vt experiat̄ an deus eri-
piat eum. temptaret deū qui precipitaret ſe de alto dicens. Vi-
debo ſi de9 auxiliabit̄ mihi. ⁊ qui ſine gubernaculis mari ingre-
deretur. aut qui nihil vellet manducare ſed expectaret alimēta
a deo. Et nota ꝙ iſtud verbum ꝓlatum a xp̄o duplicē poterat
habere intellectum. vno modo vt xp̄us diceret diabolo. Nō tē-
ptes me dn̄m deum tuum. Alio modo vt diceret xp̄us diabolo
Nolo me precipitare deorſum qꝛ ego temptarem deū. ⁊ iđ xp̄s
in hoc verbo ſic temperauit reſponſum. ꝙ diabolus neſciuit quo
iſtoꝝ modoꝝ eſſet intelligenduꝫ ſcripture teſtimonium. Vnde
ſicut prius incertus fuit quid eſſet xp̄us homo vel aliud ſup̄ ho-
minē. ideo ſequit̄ temptatio tercia de concupiſcentia ſiue auaricia
L Iteꝝ aſſumpſit eum diabolus in montem excelſuꝫ valde

locus ille vbi xp̄us fecit penitentiaꝫ in deſerto eſt et vocat̄ qua
rentena vbi fuit riuulus fontis quē Heliſeus ſanauit. Scđo aūt
milliario a quarentena verſus galileaꝫ. dr̄ eſſe mons iſte ſuper
quē diabolus ſtatuit xp̄m: ⁊ oſtendit ei oīa regna mundi: dic̄
Luc. q̄ oſtendit ea in momento tp̄is. Jſta aūt oſtenſio triplici
ter potuit fieri. Primo ſm̄ Criſ. vt q̄ diabolus nō oſtenderit
ipſa regna ciuitates et ꝑplos ſingulariter mōi. ſed ꝑtes terre in
quib' vnūqđq; eſt regnuꝫ vt diceret. Ecce verſus hanc partē
eſt italia. ibi grecia. ibi egiptus. ibi vero india ⁊ ſic de alijs. vl̄
aliter ſm̄ Theoph. etiam ſenſibil'r fantaſtica apparitione omīa re
gna orbis terre q̄ſi preſentia oſtendit ſibi. Aut tercio ſm̄ Orig.
Oſtendit ei regna vicioꝝ dicendo. Jn tali patria ego regno ꝑ
fornicationeꝫ. ibi vero ꝑ auaritiam. ibi aūt ꝑ ſuperbiam. et ſic
de ſingulis et gloriam eoꝝ expoſuit ei. ſingulariter mōi gl'iaꝫ
q̄m alicubi eſt habundantia auri ⁊ argenti. atq; lapidū precio-
ſoꝝ. q̄m alicubi eſt nobilitas generis. alicubi induſtrie militaris
alicubi prudentia ſeculi. ex altera ꝑte pulcritudo hoīm ⁊ mulieꝝ
alibi vero ſuauitas reꝝ mundialiū: ⁊ dixit ei. hec oīa tibi dabo
ſi cadens adoraueris me: mirum valde videt̄ q̄ diabolus in tā
tam prorupit inſaniam vt hoc modo xp̄m temptauerit. ⁊ forte ꝑ-
cipiebat diabolus ſe cognoſci a xp̄o. ⁊ ideo q̄ſi deſperatus fecit
vltimū quod potuit. licet ſcire nihil ſibi ꝓficere. ſicut venator
cū viderit nihil ſibi ꝓficere. quaſi deſperatus omīa iacula iacit
M Nota q̄ iſta temptatio fuit falſa. fatua ⁊ iniqua. Falſa q̄
dem. q2 non diabolus ſ3 ſolus deus tribuit mundana p̄s. Ter-
ram dedit filijs hoīm. Fatua quia illi promittit dare regna mū
di. qui eſt rex regum et dn̄s dominantiū. Jniqua vero. q2 vult
ſibi diuinū exhiberi cultum. etiā a deo cū ipſo ſit diabolus. De
inde ponit̄ xp̄i reſponſio: tunc dixit ei ih̄us. vade ſathanas ni
mis cooꝑauerat diabolus ꝓpriam nequitiam. Vnđ dicit̄ ei. va
de ſathanas. i. recede a me aduerſari dei. et temptando vltra ne
ꝓgrediaris. ſed vade in igneꝫ eternū. Jn hoc exemplū habem9
ſm̄ Criſ. q̄ ꝓprias iniurias equanimit̄ tolleremus. dei aūt iniu
rias nec ſuſtinemus audire. ſicut xp̄us priores temptationes. q̄
erant in iniuria hoīs paciencter ſuſtinuit. hanc vero quia erat
dei iniuria tollerare non potuit. Scriptū eſt Deut̄. 6. dn̄m deum
tuū adorabis et illi ſoli ſerujes: tu vero non es deus. imo diui-
nitatꝭ ꝯtrarius. Aug9. contra arriū. dn̄s deus noſter ipſa trini
tas cui ſoli ſeruitutem pietatis iure debemus.

Tercia pars.